



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Tarasivs. 25. Februarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

videbit Deus animam agentem! ait enim: *Vocavi  
et renuiſtū ēc. ego quoq; in interitu vſtro ridebo, &  
ſubſannabo vſo.* Proverb.

## S. TARASIVS.

25. Februarii.

*Hoc est corpus meum, quod pro  
vobis datur: hoc facite in me-  
am commemorationem.* Luc. 22.

PER gradus honorum, ex quibus alii præ-  
cipites ire solent, ad astra TARASIVS eva-  
lit. Consul principio, tum inter eos, qui  
ab arcana literis Imperatoribus erant, Prin-  
ceps: demum Archiepiscopus Constantino-  
politanus Insulam, quam alii gemmis or-  
nauit, ipse virtutibus ornavit: has inter eas-  
q; multas & pulcherrimas potissimum emi-  
cabat animi demissio, quā TARASIVS pau-  
peribus, quos multos & alebat & vestiebat,  
quotidie cibos ex mensa sua submittebat,  
ipse carptor & persæpē (sub festa paschalia  
præcipue) ipse dapifer. Atque hac ille vir-  
tute tantum abest, ut auctoritatem suam,  
quā erat, imminutum iret, ut talis etiam  
Imperatoribus fuerit formidandus. Suppli-  
cem

vivendi  
it. Deo  
cujusli.  
e Deus  
s? An  
tē hoc  
nem &  
te, te  
ntatem  
cum ac  
at me-  
ibi in-  
&  
mun-  
cælesti  
, au-  
m fo-  
erunt,  
i eun-  
a pete  
llexe-  
untati  
die in  
· Si  
xeris,  
ebit

cem certè ad aram, quem regiæ cohorti  
per vim abstraxerant, reddi sibi suus ipse  
F. cialis fecit. Constantino Imperatori, aust  
re amore vago, repudium meditanti facien  
tiique, unus ferè scse opposuit, purpuram  
purpuræ, coronam coronæ, sceptroq; augu  
stius pedam objicere non dubitavit. Quid  
quod vel mortuus vivo Leoni Imperator  
terrori fuit. Cùm enim hic nomine etiam  
suo crudelior, templo passim, & in his im  
gines Dei Divorumque vastaret, somniavit  
TARASII imperio, à nescio quo Michaële se  
confossum. Et risit fortè mortem, cùm vi  
gil vivere se vidit; sed die sexto à Michaële  
Balbo confossum potuit dehinc sine su  
perstitione somniis credere.

*Ex Surio.*

### M E D I T A T I O *De S. Missæ Sacrificio.*

I. C Hristus augustissimum Missæ Sacrificium in  
stituit ad honorem & gloriam Patris æter  
ni; in eoque Sacrificio, cuius Deus est victimæ, sic  
honoratur Pater æternus, ut magis non possit ho  
norari. At si Sacrificium hoc Deo honorificens  
sum est, hominibus etiam est utilissimum: nam  
homines sperare debent, se nihil non impetraturos  
meritis Jesu Christi, qui singularis diebus pro nobis  
immol-

cohorte immolatur. Quid enim Pater negare posset sanguini, & vulneribus Filii sui? Cùm in altari Christus offertur, clamat idem Redemptor ad Patrem, corporaliter suas cicatrices ostendens. Laur. Just.

2. Ut religiosius Sacro intersis, memento Iesum Sacerdotibus praecepsisse, ut Sacrum facerent in memoriam suæ passionis. Sacerdos Christi, ara crucis vicem gerunt: Quid ille ipse Deus immolatur, qui in Calvario monte de Cruce pependit. Sed heu! forte huic incruento sacrificio interes, ut Judæi carnifices cruento, impietate nimirum, & irreligioso corporis habitu iterum Christum crucifigens.

3. Quadrifariam dividi potest Missæ Sacrificium. In primâ parte attende ad tua peccata, pro quibus expiandis mortuus est Christus. & supplex veniam pete. In secundâ, meditare dolores Christi. In tertâ, sacro Eucharistie pabulo refici ardenter concupisce, & dum Sacerdos sacramentaliter Iesum recipit, eum tu spiritualiter recipe, repetitis actibus fidei, desiderii, charitatis. In quartâ demum, gratias age pro acceptis ab eo beneficiis, & te totum ipsi consecra.

## S. PORPHYRIUS EP:

26. Februarii.

*Si gloriari oportet, qua infirmitatis mea sunt, gloriabor. S.Paul.2.adCor.12.*

PORPH.